

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Iustras, vt speremus, hisce tuorum nobilissimis & fama celebratissimis nauigationibus, nō modo orbem Arcticum verum etiam Antarcticum, qui tertia mundi continens adhuc in tenebris delitescit, breui patefactum mundo fore. Quod maximè optandum vt tandem vniuersæ terræ facies & forma, in hac mundi senectâ innotescat, & multiplicato humano genere, multiplicetur etiam ac crescat eius conuersatio & quotidianus commerciorum vsus: vtq̄; maiori cum admiratione, desiderio & ardore, erga omnes res à Deo in hominum vsu conditas inflammemur, indeq̄; permoueamur ad gratitudinem Deo assiduè præstandam. Huc accedit quod Geographorum omnium ducem secutus, à remotissimis septentrionū terris & populis & præcipuè à tuis toto orbe celebratis Britannis, nouam hanc orbis terræ descriptionem, paucis tantum sub polo, nullo adhuc regimine claris exceptis regionibus, ingrediar: Quorum populorum tu Serenissima Potentissimaq̄; Regina, cum prima ac præcipua sis rectorix ac moderatrix, certè nulli alio quam tuæ Maiestati hosce Patris mei, piæ memoriæ, labores dedicare debui, vt quæ Remp. tam foeliciter tamq̄; prudenter administres, vt superiores Reges, auos, atausq̄; tuos multis parasangis antecellas. Quare vt accepti beneficij Geographia etiam (sine qua muta est omnis historia) gratitudinis testimonium longinquæ posteritati præbeat suum, ac æterna memoria tuæ maiestatis nomen celebret, accipe Serenissima Regina, quod tuum est, quæque iure merito tuæ maiestati debentur, hasce tuarum, ac à supremo Rege tibi concreditarum regionum à Patre meo elucubratas tabulas, meosq̄; in eas conatus, quos tuæ Maiestati humiliter offero, dedico & in æternum dedicatos consecratosq̄; opto. Serenissimam maiestatem tuam, qua decet, perpetua veneratione prosequens. Duysburgi Cliuorum, i. A prilis, Anno Domini. 1595.

Tuæ Serenissimæ Maiestati

Omni studio deditissimus

Rumoldus Mercator.